Ibat & hirsutas ille uidere feras.
I lle et psilli percussus pondere rami
Saucius archadiis rupibus ingemuit
E rgo uelocem potuit domuisse puellam
Tantum in amore preces & bn̄ facta ualet
I n me tardus amor ullas non excitat artes
Nec meminit notas ut prius ire uias.
A t uos deducte quibus est fallacia lune
& labor in magicis sacra piare focis
E n age dum domine mentem conuertite nr̄e
Et facite illa meo palleat ore magis
T unc ego crediderim uobis & sydera & amnes
Posse citallinis ducere carminibus.
E t uos qui sero lapsum reuocatis amici
Querite non sani pectoris auxilia.
F ortiter & ferrum seuos patiemur & ignes
Sit modo libertas que uelit ira loqui.
F erte per extremas gentes & ferte per undas
Qua non ulla meum foemina nouit iter
V os remanete quibus facili deus annuit aure.
Sitis & in tuto semp amore pares